


**Elenchus Lectionum In Alma Fridericana Publice Et Priuatim ... Habendarum**

**SS 1785 : Elenchus Lectionum In Alma Fridericana Publice Et Priuatim Per  
Instans Aestium Semestre MDCCLXXXV. Habendarum**

Buetzouii: Ex Officina Fritziiana, 1785

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1784941735>

Band (Zeitschrift) Freier  Zugang





LB T 594.7

1788  
ELENCHUS  
LECTIONUM

IN  
ALMA  
FRIDERICIANA

PUBLICAE ET PRIVATIM  
PER INSTANS AESTIVUM SEMESTRE  
MDCCLXXXV.

HABENDARUM.




---

BUETTZOUII  
EX OFFICINA FRITZIANA.

LECTIONUM

FRANCIS  
ALMA  
FRIDERICIANA

PHYSICAE  
ET MATHEMATICAE



MDCCCXXXIII  
RUSTOCK



## LECTIONES THEOLOGORUM.

**D.** CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, *juvante* Deo præleget THEOLOGIAM DOGMAT. & HISTORIAM REFORMATIONIS ECCLES. superiori semestri coeptam absolvet.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, *Confist. Duc. Consil. & S. S. Theol. P. P. O.* DEO opitulante per semestre aestivum in *Theologia Dogmatica* docenda, quæ restant, absolvet, & præcepta in *populari religionis institutione* tum in concionibus sacris, tum in catechesi servanda tradet.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, *S. S. Theol. P. P. E.* benigno cum Deo 1) e libris *N. T. Apostolorum Acta*, tum vero *Epistolas*, quas dicunt catholicas, id est *Iacobi, Petri, Iohannis & Iudæ* interpretabitur: 2) *libros divinos V. T. percensere* aggredietur, ita quidem, ut (cum *Hebraicæ Chaldaicæque & in univ. orientalium linguarum magister alius adsit*, isque longe locupletissimus & inprimis egregius) rem ipsam unice vernaculo sermone proponat, quæ potioris sunt momenti, sigillatim decerpatur & explicet, nec vero minus & libros ipsos & materiam, quam tractant, ab iniquis, quæ iam nunc a multis afferri solent, seu obiectionibus seu cavillationibus vindicet.

\* 2

IURE-

## IURECONSULTORUM.

**I**O. MATTH. MARTINI, S. D. R. a consiliis iustitiae, Iurium  
D. & P. P. O.

Abolutis laboribus hiemalibus, per proximum semestre occu-  
patus erit in docendo

- 1) historiam mecklenburgicam
- 2) ius privatum mecklenburgicum
- 3) praxin forensem.

Reliqua suo tempore & loco indicabit.

EOB. TOZIVS, Iur. Publ. Prof. O. Sereniss. Duc. a con-  
sil. iustit.

Hora XI. tradet Ius Publ. Imperii R. G. secundum Institutio-  
nes Ill. PÜTTERI.

D. IOANNES IACOBVS PREHN, Consistor. Duc. Con-  
siliar. & Iur. P. P. O. per instans semestre aestivum

- 1) *Ius Digestorum* duce IOANNE AVG. HELLFELDIO in-  
tepretabitur.
- 2) *Ius Feudale* praeunte GE. LVD. BOEHMERO expo-  
net &
- 3) *Institutiones iuris civilis* ad filum compendii *Heinecciani* a  
LVD. IVL. FR. HOEPFNERO emendati tradet.

Horas lectionumque initium tabula publica indicabit.

## MEDICORUM.

**D**. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Med. P. P. O. & SE-  
RENISSIMI DUCIS *Consil. aulicus*

Hor. X - XI. methodum medendi thesesque materiae medicae  
explicare continuabit.

Hor. II - III. Morbos ossium exponet Chirurgis ad ductum libri  
sui: *Kurzer Begriff von den Krankheiten der Knochen.*

D. PE-

D. PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, Sereniff. Ducis Regn. Archiater & in Aula a Consiliis, P. P. O. per instans aestivum lubens Praelectionibus in materiam sic dictam medicam vacabit, quin & privatissime operam suam in aliis artis salutaris partibus tradendis desideraturis sacrabit, si Deus Visui adhuc offenso incolumitatem concesserit.

PETRUS BENEDICTUS CHRISTIANUS GRAUMANN, Med. Prof. Ord. & Philosoph. atque Medicinae Doctor, iam inchoatas praelectiones in therapiam specialem instante semestri quotidie duabus horis continuabit, porro privatim materiam medicam sermone illustrabit, publice historiam animalium mammalium docebit, nec illis deerit, qui manuactionem ad historiam naturalem desiderant.

## PHILOSOPHORUM.

EOB. TOZIVS, Sereniff. Duc. a consil. Iustit. & Hist. Prof. Publ. O. docebit hora X. historiam Imperii R. G. cum perpetua ad ius publicum adplicatione, ad filum compendii Pütteriani, quod inscribitur: Kurzer Begriff der Deutschen Reichsgeschichte.

M. OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, SER. DVCI REGN. a consiliis Aulae, OOLL. P. P. O. & Bibliothecae Praefectus semestri hoc aestivo b. c. D.

Praeter cursorias lectiones in Ezechielem & XII minores Prophetas, itemque in noui foederis translationem syriacam continuandas, rudimenta linguae arabicae nec non rabbinicae propinabit.

SAMUEL SIMON WITTE, Seren. Duci regn. a Consiliis Aulae ac Jur. Nat. & Gent. Prof. P. O. futuro semestri 1) *Logicam*, 2) *Metaphysicam*, 3) *Jurisprudentiam naturalem* uniuersam, in Ill. Federi & Hoepfneri libellos commentaturus, horis e valvis publicis indicandis docebit; nec non hora post meridiem secunda consilia sua *de studiis academicis rite instituendis* e schedis suis aperiet.

\* 3

D. IOH.



D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, Philof. P. P. O.  
1) *Logicam* e suo Compendio docendam pollicetur: 2) rogatus a quibusdam optimæ frugis commilitonibus *Principia Græcæ linguae* analytica ratione tradet, e scriptis veterum Græcorum eiusmodi aliquod exponendum sibi sumpturus, quod nec difficile explicatu & modico parabile pretio esse uidebitur.

P. I. HECKER, Mathes. P. P. O. 1) arithmetica, geometriam & trigonometriam, 2) scientias astronomicas, 3) physicam dogmaticam & experimentalem, ad ductum compendii Beckmanniani, docebit.

M. FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS KARSTEN, Oec. P. P. O. per instans aestiuum semestre

1. *Mathesin puram*, hora VIII-IX. &
2. *Applicatam* hora VII-VIII, utramque secundum Karstens Auszug aus den Anfangsgründen re.; nec non
3. *Scientiam cameralem* praeunte ILL. FABRICIO in den Anfangsgründen der ökonomischen Wissenschaften, hora II-III. &
4. *Architecturam ciuilem* praecipue ad negotia oeconomica applicatam, secundum Theses in hora ipsa suppeditandas, hora XI-XII. docebit. Denique Commilitonibus offert
5. *Institutiones in Geodæsiam* siue *Geometriam practicam* & quidem secundum BÖHMII Anleitung zur Messkunst auf dem Felde; aut si malint commilitones, instar filii erit KREBSII Anleitung zur Arithmetik, Geometrie und Trigonometrie; hisce lectionibus hora V-VI. post meridiem destinata est.

## DOCTORUM PRIVATORUM.

### PRAELECTIONES IURIDICAE.

IOANNES IACOBUS LANGE, D. Commilitonibus Aestumatisimis offert praelectiones

- 1) Publicas in jurisprudentiam popularem secundum sui ipsius Einleitung in die bürgerliche Rechtsgelehrsamkeit für diejenigen so keine Rechtsgelehrten sind.

2) Pri-

2) Privatas vero

- a) in jus Digestorum praeunte Böhmero.
- b) in jus germanicum duce de Selchow.
- c) in jus criminale romanum secundum librum XLVII & XLVIII pandectarum.

D. FRIED. WILH. STAVENHAGEN, instante semestri docebit

- 1) antiquitates iuris Romani ad Selchovium,
- 2) hermeneuticam iuris, praeunte Conradi in Observationibus iuris civilis Vol. I.
- 3) Digesta ad Boehmerum,
- 4) ius Germanicum privatum, duce Selchovio. Examinatoria & practica itidem offert. Horas tabula dabit.

IOANNES IACOBUS CHRISTIANUS ENGEL, I. V. Doctorandus, ex speciali Illustris Facultatis Iuridicae concessione Commilitonibus suis Aestumatisimis offert

Publice, Praelectiones in Ius civile secundum Ordinem Institutionum ad ductum Compendii Heineccio - Hoepfneriani.

Privatim 1) Ius Germanicum privatum ad filium Io. Henr. Christ. de Selchow.

- 2) Systema Elementare Iurisprudentiae privatae Romano - Germanico - Forensis ex Principiis F. G. A. Lobethan.

### PHILOSOPHICAE.

M. F. G. S. ZACHARIAE, V. D. M. qui graecarum litterarum teneantur amore, iis haudquaquam deerit. Itaque Homeri Odysseam imprimis, vel alium, si ita videatur, graecae antiquitatis auctorem, modo fuerit sacrorum laborum intercapedo aliqua, interpretabitur; non neglectis tamen omnino N. F. libris, eorumque dicendi formis.

Etiam ad dicendi artem, vbi quidem maxima utique saepe minima est, ad populum publiceque dicturis de rebus diuinis, pro  
sua

sua quantulacumque scientia & facultate, ita demonstrabit iter, ut oratorum optimorum non admodum superioris, nostraeque aetatis orationum quasi fabricam sit ostensurus; praeterea vero Aristotelis, Ciceronis & Quintiliani libros hoc nomine sit commendaturus.

M. IOACH. HENR. LUDEWIG, L. A. Lector Publ. & I. U. C. studiis Commilitonum inservire paratus, Deo adjuvante, diebus Lunae, Martis, Jovis & Veneris hora I-II. Incipientibus, Linguae Anglicae elementa tradet, aliis autem horis, stili loquendique praecepta suppeditabit & in conversatorio praesto erit, insuper etiam si forsan aequus adsit numerus auditorum, dictis diebus hora IX-X. Historiam Imperii Romano-Germanici docebit ad filum Compendii Illustr. Pütteri, *kurzer Begriff der teutschen Reichsgeschichte* inscripti.

CAROLUS FRIDERICUS VOIGT, ex Ampl. Philof. Ordinis consensu, praeter labores in gratiam honoratissimorum DD. Commilitonum aut iam susceptos, aut adhuc suscipiendos, publice hora VI. matutina *Res veterum Romanorum pace belloque gestas*, fusius exponet; *privatim*, *Historiam universalem* duce *Celeb. Schloezero* in elegantissimo libello: *Vorstellung der Universalhistorie* inscripto, iterum enarrabit; nec non horam Auditoribus quamplurimis commodam suo tempore indicabit.

\* \* \*  
LUDOV. ARENAUD DE LA LANDE, linguae gallicae Magister linguam suam non solum docebit, sed eam etiam ad scribendi loquendique usum traducet.

\* \* \*  
Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt, magistros quoque habent, artium eo pertinentium peritissimos.


---

P. P. BUETZOVII circa Festum Paschatos MDCCLXXXV.









the scale towards document

ero

Digestorum praeunte Böhmero.

germanicum duce de Selchow.

criminale romanum secundum librum XLVII  
VIII pandectarum.

WILH. STAVENHAGEN, instante semestri

is iuris Romani ad Selchovium,  
icam iuris, praeunte Conradi in Obseruationi-  
nilis Vol. I.

Boehmerum,

nicum priuatum, duce Selchovio. Examinato-  
ica itidem offert. Horas tabula dabit.

ACOBUS CHRISTIANUS ENGEL, I. V. Do-  
peciali Illuftris Facultatis Iuridicae concessione  
fuis Aestumatisfimis offert

lectiones in Ius civile secundum Ordinem Insti-  
ductum Compendii Heineccio - Hoepfneriani.  
us Germanicum privatum ad filum Io. Henr.  
selchow.

ystema Elementare Iurisprudentiae privatae Ro-  
mano - Germanico - Forensis ex Principiis F. G. A.  
obethan.

### PHILOSOPHICAE.

S. ZACHARIAE, V. D. M. qui graecarum lit-  
ur amore, iis haudquaquam deerit. Itaque Ho-  
nprimis, vel alium, si ita videatur, graecae an-  
em, modo fuerit sacrorum laborum intercapedo  
abitur; non neglectis tamen omnino N. F. libris,  
di formis.

endi artem, vbi quidem maxima vtique saepe  
opulum publiceque dicturis de rebus diuinis, pro  
sua